

V c
1446



21



QK. 16, 18.

Vc
1476

Q. D. B. V.
DISSERTATIO HISTORICO-MORALIS
de

MAGNATUM GRATITUDINE REALI,

erga
PERSONAS INÆQVALES,
BENE MERITAS,
HARUMQUE POSTEROS.

VON

Grosser Herren
würcklicher Dankbarkeit/
gegen
ungleiche/ wohlverdiente/ Personen/
und deren Nachkommen.

Quam,

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ
benevolo Consensu,

IN PERANTIQA HIERANA
Placide Eruditorum Disquisitioni offerunt

P R Æ S E S

JO. MAURICIUS EXZELER / Lic. & Phil. M.
In Gymnas. Evang. August. Mathematic. & Poës. Profess.

ac RESPONDENS

JO. ABEL Hopffe / Smalcald. Phil. & SS. Theol. Cult.
Ad diem 9. Januar. A. C. 1697. Hor à locoq. consuetis.

Erfordix Characterẽ Kindlebiano.

ad Heft-playii Rauffung



DISSECTATIO HISTORICO-MORALIS
MAGNANIMITATE

DEO,

ET

EVERGETIS
SACRUM!





DUCE JEHOVA!

SI quæ usquam, in hoc admirando Mundi theatro, dantur Personæ, quibus præprimis convenit gloriosa illa virtus Gratitude Realis erga personas inæquales benè meritas, earumque posteros; tales omnino sunt Magnates. Etenim hi sunt Dii terreni, uti in ipsa Scriptura Sacra vocantur, quos Deus Deorum potentissimus ideo eminere, inter mortales, voluit ut, Solis tam valles & convalles, quàm Planetas & altissimos montes suis illustrantis radiis ad instar, attrahant quò distribuant, atque multis benefaciant. Igitur, ut, absq; Onomatologia præsupponenda, illius aggrediar Definitionem, *Gratitude Magnatum realis* (quæ quando vox *Gratia* variè sumitur, vocari quidem etiam solet *Gratia* eine Gnade) est virtus dignitati Summe potestatis Illorum imprimis conveniens, qua Benemerita personarum Sibi inæqualium, quæ vel Ipsi, vel Ipsorum Majoribus, ut & adhuc viventibus alius Familie sue Illustrissimis Personis, præstiterunt, aut demeritis Personis solis, aut horum quoque Posteris cum ad conservandum verum Animi ex recte factis dependens beatissimum Gaudium, ceu Summum Bonum; tum ad Equitatem naturalem, ad cuius observationem recta Ratio hortatur, observandam, compensant, operans tam Gloriam, quàm Utilitatem & Fecunditatem. Cujus Definitionis Genus quod est Virtus, merito sequitur Differentia, videlicet hæc modo descripta Virtus, quam ad Justitiæ

stitiæ universalis denominationem Compensativam refero, à Gratitude verbalis, & realis communis, aliisque Virtutis denominationibus differre observatur partim Forma, partim Objecto, partim Subjecto, quò pertinet notabile exemplum Senatus Nördlingensis, ita quondam grati erga Posteros Coriarii cujusdam Dausseri, civis sui fidelis, ut cuilibet Egeno ex illius familia Præbendam in Hospitali urbis suæ, sub fide publica, promitteret, quoniam iste Coriarius Dausserus Conspirationem civium Oettingensium, cum custodibus quibusdam Nördlingæ, quam armis occupare ex improvise volebant, de aperta sinenda, noctu, certa urbis Porta, mature Consuli & vicinis concivibus aperuerat, simul ac uxor ipsius stridorem portæ illius non clausæ, [ad quam dum porcus quidam vetulæ, qui, non sine mira Dei directione, è pastu, sub noctem, domum non redierat, & ideo ab ipsa sollicitè quærebatur, sese fricuit, simul effecit, ut porta aperiretur,] audierat, ubi Senatus in continenti maximæ Campanæ urbis sonitum excitari, eoque mediante cives, ad cito præcavendum imminens commune periculum convocari jussit, salutari cum eventu, juxta Crusii Annales Sæv. p. 378. *Divisionis* respectu Gratitude supra laudata est vel major vel minor, pro ratione Meritorum diversa; vel extemporanea, vel certa annorum termino addicta; aut ad vitam tantum demeriti subjecti promissa, aut extensa ad quamvis posterorum ejus seniore personam, sive uni loco alligata sive ambulatoria &c. *Causa Efficiens* hujus Virtutis *Remota* procul dubio statuenda est Deus, utpote Dator omnium bonarum donationum in hominibus, teste Jacob. Ep. l. v. 17. *Causa verò ejus propinqua* videtur esse Animus ipse, quatenus utraque ejus *Facultas* ad exercendam talem virtutem, suo modo, concurrat *Causa Impulsiva* sunt Benemerita Personarum Inæqualium, seu Inferiorum, quorum alia sunt similiter majora, præstita nimirum, in casibus conjunctis aut cum periculo extinctionis totius alicu-

❁ 5. ❁

alicujus Illustrissima Magnatum Familiae, aut cum discrimi-
 ne vitae unius talis Perillustris Personae &c. (Quò spectare
 existimo non solum Meritum illud gloriosum Serenissimi Du-
 cis Saxoniae inferioris Erici, qui A. C. 1504. in praelio cum
 Bohemis, prope Ratisbonam, Imperatorem Maximilianum I.
 ictibus hostilibus jam stupefactum, equo, unde ab animi de-
 liquium, delapsus fuerat, rursus non solum imposuit, impo-
 situmque salvavit, sed etiam ex strenua ista actione vulne-
 ra sat gravia, tam casim quam punctim inflicta, reportavit
 ideoq; postea, gratitudinis causâ, ab Imperatore isto gloriosae
 memoriae, in Apicem armorum suorum Insignium & qui-
 dem in pavonis caudam, accepit donatam Stellam auream,
 ad indicandum nempe, quod Ericus iste Serenissimus, inter
 alios Imperii Romani Principes, instar Phosphori radiaret, de
 quo vid. Liber iste Historicus, cui titulus est Bunting's Nieder-
 Sächsische Chronick p. 500. Sed etiam istud non vulgare
 Promeritum fidi ac strenui Equitis, Thuringi, Bartholomæi
 Rübischii, qui vocabatur etiam der Schnauber, & Serenissimo
 tandem Saxoniae Electori Mauricio, adhuc Principi juventu-
 tis, post Deum, vitam servavit, quando ei in obsidione Budae
 A. C. 1542. à Turcis obsessis, excursionem improvisam tentan-
 tibus, circumdato, & post equi Ipsius transfusionem, jam
 humi prostrato, fortiter succurrit, circulum hostium per-
 rumpendo, mox super Principis sui corpus ruendo & ictus
 sibi tandem lethales (unde optime promerita principali gra-
 titudine frui non potuit) tamdiu excipiendô, donec equites
 Saxonici potuerunt appropere, ad salvandum suum Prin-
 cipem, optimum, magnanimum: Nec non Demeritum hoc
 fidi cujusdam Subditi, qui quondam Fridericum Strenuum,
 Landgraviû Thuringiae Marchionem Misniae Serenissimum,
 tempore belli, ante locû munitum, Echerffenberg, è summo vi-
 tæ periculo salvavit, juxta relationem Birckneri, in suo Libro, in-
 scripto der Sächsische Helden-Saal p. 333.) Item bona Educatio
 præstita

præstita Magnatibus, in sua juventute, ut & alia fideliter exhibita ministeria : Alia autem Promeritorum sunt minora, quale fuit istud Sidonii Poetæ consistens in carmine Panegyrico Imperatori Majoriano oblato, à quo ideo coronatus fuit & Statuâ aliqua honoratus, secundum Theatrū historicum Matthiæ. Sic adhuc hodie Princeps Mengrelia bonum erga Nuncium ita se monstrat gratum ut ei tapeto cuidam, ex serico villoso facto, insistenti cochlear saccharo plenum porrigat, ex relatione Dapperi in sua Asia. *Materia Subjectiva* sunt Imperatores, Reges, Principes, qui sicut dignitate super alios mortales eminent, ita merito singulis virtutibus antecellere obligantur eos, ubi simul notandū, quod, licet etiam Illustrissimæ Personæ Fœminini Sexus admiranda Gratitude talis realis non rarò dederint (& adhuc dare soleant) Specimina, [quale fuit istud Reginæ Gallia Mariæ Mediceæ, quæ quondam se è custodia sua Blesensi evasisse videns, Liberatori suo, Duci Espernonio, ingentis pretii Adamantem, exemptum digito, in monumentum meritæ gratiæ, donavit, hac conditione adjectâ, ut eum, contemplatione Donantis, nunquam seponeret, quem mox Espernonius accepit declivis in genua & gemmæ osculum imprimens, juxta Grammondum in Historia Gallica Lib. 3. p. 232.] ego tamen, in hoc Scripto, potissimum de Illustrissimarum Personarum virilis Sexus Gratitude supra descripta velim actum. Subjectum quoque talis Gratitude sunt Respublicæ Perillustres, seu representantes Personam publicam compositam, ut & Comites &c. *Materia objectiva* sunt tam Personæ Inæquales, seu Inferiores Benemeritæ qualescunque, quàm earum Posteriores. Siquidem, quia bona Facta & Merita infecta nequeunt fieri, judicium idem quoque de iis constanter manere justum est, quod Judicium omnino requirit Gratitude perpetuam, præsertim quando Commodum ex Benemerito personæ inferioris redundat ad singulos Posteriores Personarum Illustrissimarum.



Aristimarum, seu Magnatum, tunc enim omnino Æquitas
 naturalis ab His perpetuam Gratitude[m] quoque versus
 posteros personæ inæqualis benemeritæ postulat, cum enim
 vita hominis non sit diuturna sed per Posteros continuetur,
 hinc in Liberis etiam Gratia exhibetur Parentibus, quoniam,
 si viverent, iis quàm maximè vellent benefici, *argum. verb.*
Grotii Lib. 2. de Jur. B. & P. cap. 7. th. 11. n. 2. Forma essentialis
 laudatæ jam Gratitude[m] consistit in ipsa Benemeritorum
 Compensatione, sive agnitione grata reali, quæ fit à Magnati-
 bus, vel Personis inæqualibus demeritis ipsis solis, vel harum
 quoq; Posteris. *Forma accidentalis* verò consistit in diversita-
 te non solum Subjecti, sed etiam Objecti, qualiscunque Se-
 xus, & aptæ ætatis, ac vitæ generis, nec non loci, quatenus
 scilicet aut est sub numero Subditorum & Officialium, aut
 alieno Imperio subjectum & quod Magnates hanc Grati-
 tudinem realem modò exerceant per datos Honores & Of-
 ficia, Insignia, Privilegia, Immunitates à quibusvis aut certis
 tantum Exactionibus, nec non Servitiis, aliaque Jura; modò
 per donationem Territorii totius, (sicut olim Persarum Rex
 Darius Sylofonti Samio, qui ei adhuc privato quondam
 gratum quid præstiterat, ad demonstrandam realem grati-
 tudinem, totam urbem & Insulam Samiorum fruendam tra-
 didit, juxta *Valerii Maxim. Dict. Fact. memorab. Lib. V. cap. 11.*
versus fin.) vel castri, oppidi, vici, pagi, villæ, pecuniæ, alio-
 rumque pretiosorum, & fiat variis modis, &c. Finis ulti-
 mus est Conservatio veri Mentis, à recte Factis dependentis,
 beatifici Gaudii, seu Summi Boni. Finis intermedius au-
 tem est observatio Æquitatis naturalis, ad quam non solum
 Eos hortatur Recta Ratio, sed etiam Christus ipse his verbis:
Prout vultis ut faciant vobis homines, vos & faciatis eis similiter.
Luce VI. v. 31. (cum quibus conf. Matthæi VII. v. 12.) eam
 commendavit in genere Hominibus, & consequenter etiam
 Magnatibus, sicut & divus Apostolus *Paulus ad Cor. 3. v. 15.*
 omnes.

omnes & singulos Christianos hortatur ad colendam gratitudinem. *Conf. verba ejusdem Ep. ad Philipp. c. 4. v. 8.* Effectus denique Gratitude supra laudatæ sunt partim Gloria, ad quam Generositas Magnatum, quia Ipsi, in omnium abundantia viventes Necessariorum, nihil, post verum ex virtuosa vita Gaudium, pluris æstimare necesse habent, quam istam, præprimis Actiones suas dirigit, quod exemplo suo confirmant non tantum Artaxerxes Mnemon, qui olim Colono pauperi, quoniam Ei Aquam manibus è flumine haustam, doni loco obtulerat, gratitudinis suæ monstrandæ causâ, pateram auream & 1000. Daricos, sive 3000. thaleros, donavisse fertur in *Theatro Matthie Historico p. 200.* Sed etiam Matthias Rex Ungariæ, qui mox, post suam victoriam, improvisam, gravemq; cladem à Turcis passus, Ludimoderatoris cujusdam pagi Patinam continentem Brasficam capitatam incisam, & fermentatione acidam redditam, coctam, eine Schüssel voll Sauerkraut/ quam, incognitò, sub habitu rustico, fugiens, extrema fame pressus, evacuaverat, postea, ad demonstrandum gratum animum, donatione egregiæ Arcis compensavit, secundum *Historiam Bonfinii Ungar. Cromeri Polon. & Cærei Siles.* Quin & ipse Rex Galliarum Ludovicus XI. qui cum rebus domi turbatis, peregrinaretur apud Burgundiones, occasione venationis frequenter divertit apud Cononem quendam, hominem rusticum quidem, sed animi simplicis ac sinceri, & magna cum voluptate apud eum Rapas comedit. Mox ubi Ludovicus restitutus, jam rerum potiretur apud Gallos, submonuit Cononem uxorem, ut Regem veteris hospitii commonefaceret, illum adiret & Rapas aliquot insignes Ei dono afferret. Tergiversatus est Conon, se lusurum operam, Principes enim non meminisse talium officiorum; Sed vicit uxor, Conon Rapas aliquot insignes delegit & accinxit se itineri. Verum ipse, per viam captus illecebra cibi, paulatim devoravit omnes, Una duntaxat excepta insigniter magna. Ubi

Ubi Conon proreperat in Aulam, statim agnitus est à Rege & accersitus, ille, magna cum alacritate, detulit munus, Rex id cum majori alacritate accepit, mandans cuidam è proximis, ut diligenter reponeretur, inter sua charissima. Cononi secum prandere jussu à prandio non solum egit gratias sed & cupienti repetere rus suum jussit pro Rapa numerari mille Coronatos aureos, prout refert *D. Erasmus in suis Colloquiis*; Partim demum, præter ipsam singularem jucunditatem seu delectationem, cum Gloria conjunctam, quam heroici Magnatum animi ex rebus virtuosè, & consequenter gloriosè, à se gestis solent sentire, (sicut olim Cyrus magnus Rex Persarum, juxta relationem Xenophontis, jurasse dicitur; per Deum se majori affici voluntate cum aliis beneficiat, quàm si se ipsum ditaret.) Effectus aliquis est, haud parvi æstimanda Utilitas, quatenus talis gratiosa, seu benevola, benemeritorum Compensatio Subjecta ejusmodi fida reperta excitat, instar calcaris incitat, imo accendit & inflammat, ad probandam imposterum quoque suam fidelitatem, tam Magnatibus Ipsis, quàm reliquis Ipsorum Familiarum Illustrissimis Personis, in quocunque Periculorum casu, ut ita postea, in omni oblata occasione, non dubitent, sed prompti atque parati sint, pro salute talium Personarum Illustrissimarum, & Bono publico, fortiter subire ancipitem, seu dubiam fortunam omnem, imò, cum imperterrito animo, rerum etiam certa discrimina, & alia metuenda quæcunque.

Assecuti sunt autem talem Gloriam Gratitude realis, erga Personas Inæquales, Benemeritas, harumque Posteris insignem Magnates, & Antiqui & Recentiores: Ex Antiquorum numero enim primùm scimus, magnum regem Ægypti, Pharaonem egregiè gratum fuisse erga adolescentem, Ebraum Josephum, per interpretationem veram Somnii, bene de Ipso meritum, & toto ejus territorio, dum annulum suum è manu sua posuit in manu Josephi, induitque eum ve-

B

stibus

sibus byssinis & posuit torquem aureum in collo ejus, & equitare eum fecit in curru secundo, &c. ac constituit eum super terram Misraim. juxta *Genes. cap. 41. v.* Deinde optimus Rex Israelitarum David, gratitudinis causa, mandavit filio suo Salomoni misericordiam facere filiis Barzillai Gileaditæ, eosque admovere mensæ regis (sicut & ipse jam fecerat Chimhamo, in gratiam Barzillai) pro Benemeritis, antea in fuga sibi exhibitis, de quo vid. *1 Regum cap. 2. v. 7.* Porro Rex Nechadnesar Danielelem, ob interpretationem veram Insomniæ obscurissimæ, in gratitudinis monumentum, magnificavit & dona multa ac magna dedit ei, præfecitque illum universæ provinciæ Babel, & Principem præfectorum ultra omnes sapientes Babel constituit ac manere jussit in porta Regis. Quin & ejus filius Rex Belsasar erga eundem, ob interpretationem scripturæ terribilis, in superficie parietis apparentis, gratus fuit, dum ipsum jussit induere purpura, & torquem aureum ponere in collo ejus, prædicareque de eo, quod dominaretur tertius in Regno, vid. *Daniel Prophetæ cap. 2. v. 48. 49. & cap. 5. v. 29.* Præterea Rex Persarum Medorumque Ahasveros, [quem *Josephus* Xerxen esse statuit, *Lib. XI. Antiquitat. Judæicar.* uti refert *Jo. Cluverus Epitom. Histor. orbis univ. p. 75.*] insigniter gratum se quondam ostendit erga fidum maximè Judæum Mardochai, quia indicaverat de Bigthana & Theres, duobus eunuchis Regis, ex custodibus liminis, qui quæsierant mittere manum in regem Ahasveros, quatenus fecit eum imponi, per Principem antesignanum equo regio, indutumq; regia veste & regio diademate ornatum duci per plateas, &c. de quo vid. *Lib. Esther, Cap. VI.* Qui Xerxes etiam Demaratho Lacedæmonio, solus ei qui verum dixerat de eventu belli ad Thermopylas, gratias non solum egit, sed in realis gratitudinis documentum, permisit ei petere quicquid vellet, (qualem permissionem electionis Gratix solennem habent Magnates, ut ita sua dona uniuscujusque Benemeriti

con-

conditioni apta exoptatissima faciant & gratisima) juxta *Senecam Lib. 6. de Benefic. cap. 31. sub fin.* Mithridates, quoque Rex magnificè gratus apparuit, quando pro Leonico, acerrimo salutis suæ defensore, à Rhodiis, navali pugna, excepto, omnes hostium captivos permutavit, melius esse existimans ab invisissimis circumscribi, quàm bene merito non referre gratiam, prout scribit *Valerius Maximus Lib. V. Dict. Fact. memorabil. cap. 11. sub fin.* Insuper ipse Julius Cæsar cuidam Veterano suo strenuo, qui ei quondam post tali, circa Sucronem, torsionem, sub quadam arbore, minimum umbræ spargente, fervente maximè Sole, in asperrimo loco, in quo è rupibus acutis unica illa arbor eruperat, penulam substraverat, imo siti tunc confecto Aquam in sua attulerat galea, gratitudinis testandæ causa, Agellos, hæctenus ob vicinalem viam Liti subjacentes, donavit, secundum verba *Seneca de Benefic. Lib. VI. cap. 24.* Sicut & ipse Augustus, illius Successor tandem, memor debitæ gratitudinis, erga Veteranum, qui in Actiaco bello fortiter pro Eo dimicandò, plures cicatrices exceperat, jam autem, in Jus vocatus, periclitabatur, ipse descendit in advocationem pro eo, uti refert *Erasmus in Apophtegmat.* Postea Dux quidam Croatiae Ruricolam illum, cognomentò Bleh/ qui ipsum, post gravem suorum cladem, fugitivum in domum suam admiserat, & noctu, in scapha ingeniolè, è corticibus tiliaceis, composita, trans fluvium, in bene munitam arcem, deducendò, servaverat, ubi Dux ille se recolligere & tandem exinde hostes rursus potuit vincere, non solùm largis muneribus ornavit, sed etiam eum, cum suis, in perpetuam rei memoriam, talismodi naviculam, loco Insignium, usurpare jusfit, cujus etiam Posterì ingeniosi, & Illustres tandem facti Arcem in Bohemia, exstruxerunt, eamque, in memoriam laudabilis facti sui Tritavi, appellarunt *Kurkoveh* à Bohemica voce *Kurka/ eine Rinde/* ut & aliam, in districtu Pragensi, dictam *Korkin.* Qui Domini de

Gorky etiam postea in Polonia duas exstruxerunt, Arces quarum alteram Kurnik/ alteram Blehin / quæ contracte tandem dicta est Bnin/ appellarunt, donec demum unus ex ipsis, Lucas von Gorky/ à Maximiliano I. Imperatore Comitum titulum ac Jura impetravit sibi, suisque Posteris, quæ Familia ipsorum una è primariis & valde antiquis ipsius Poloniae fuisse refertur, in *Libello isto*, cui titulus: *Polnische Kriegs- und Staats-Sachen/ edito Norimbergæ A. C. 1666.* Item Hawora, fidelis ille venator, qui Ducem Bohemiae Jaromirum, suum Dominum à proditore quodam in Sylvam, non adeo procul à vico Heikow sitam, seductum, sub prætextu venationis, jam suspendendus, triplici inflatione sui corniculi, periculô mortis eripuerat, gratitudinis fine, in altæ dignitatis Statum elevatus est olim, de quo vid. *Libellus inscriptus: Die Böhmische Historie p. 210.* (Quin & unus, ex Uladislais, Ungariae Regibus, quondam, ad declarandum suum gratum animum, equo vectus, Palatino suo Corvino, Victori ex bello cum Turcis redeunti ad 3000. passus occurrit solenniter, eumque, absque permisso ullo descensu, gratiosissimè excepit, de quo itidem testatur *Libellus* vocatus: *die Türckische Lebens-Beschreibung/*) ut jam non allegem prolixè quod A. C. 1065. Ludovicus, Landgravius Thuringiæ, cognomentô: der Sprinnger / captivus detentus, ad mandatum Cæsareum, in Arce Halæ Saxonum propinqua, dicta: Siebichenstein. Piscatoribus Leucopetræis, qui ipsum ut, evasione fine, se in Salana fluvium audacter præcipitaverat, in tempore exceperant & in suum Territorium deduxerant, gratitudinis duraturæ causâ, immunitatem ab omnibus vectigalibus, in suis Provinciis concessit, juxta Sigeberti, Gemblac. L. Schaffnaburg. & Spangenbergii Scripta Historica; Nec etiam nunc verbosè mentionem faciam Imperatoris quondam Romani & simul Regis Bohemiae, Wenceslai, (alia ejus Facta suo loco relinquens) quod Piscatori isti, Jo. Grundelio, qui, captivis, Vien-

næ

næ quotidiè, è misericordia pisciculos quosdam distribuens; Ei funiculum sericeum longum, corpori circumflexum clam attulerat, ipsumque, ope illius, ex altissima Turri demissum, nocte mediâ, in Scapha, trans Danubium deduxerat & de die absconditum, tandem ad arcem Bojemam, Vicegrad, detulerat, post restitutionem suam in libertatem priorem, ad declarandam suam gratitudinem realem, fecerit Dominum Provinciale secundum *Bonfinium Hist. Ungar. Curæum in Hist. Siles.* nec non *Hageccium in H. B.* Accedit his, quod Boleslaus III. Princeps Poloniæ, Victor in 46. præliis, militem illum vulgarem, qui ipsum, ex ultimo infelici prælio cum Russis, mediante tradito suo equo, salvaverat olim, dicatur non vulgariter fuisse gratus, in *Tractatu*, cui titulus: *Lebens-Beschreibung derer Könige in Pohlen p. 311.* Ulterius Rudolphus Comes de Habsburg, simul ac Imperator factus est, ad testandam suam gratitudinem versus Jo. Müllerum, Tigurinum, qui ipsum aliquando, in gravi prælio, è mortis periculo eripuerat eum primum Equitem Imperialem creavit, sicut referunt *Zinkgräffii Germanicæ Nationis Apophtegmata p. 277* (Sicut & longè postea, scil. A. C. 1656. Carolus Magnus, Marchio Baden-Durlacensis, Carolo Gustavo, Sveciæ Regi, in gravi prælio cum Polonis, non procul à Warsovia, vitam servavit & mox Locum tenens Mareschalli Campi Generalis factus est, secundum *Lohmeieri Tabul. Genealog. 74.*) Similiter, juxta *Itinerarium Tartaria, à M. Paulo Veneto relictum, cap. 66. p. 127. & 147.* M. Chamus Tartarorum solitus est, benemeritis Officialibus, aureas tabellas donare, gratitudinis fine, indicantes omnibus donata Ipsis Privilegia, sicut & ibidem is retulit, Nationem quandam Tartaricam, *Zoriach*, ob certam olim promotam victoriam, in gratitudinis singularis monumentum, frui privilegio bibendi, die 28 Augusti, Lac equarum albarum, quale tunc solus M. Chamus cum sua bibat Familia. Similiter olim Birgerus Rex Sveciæ, filius

regis Magni istum Rusticum, qui, post suorum cladem, in tu-
 multu Gothorum Ipsum è Corylo regia, in qua latitaverat,
 protractum, à præsentanea nece, quam ei Rebelles parabant,
 intercessione suâ liberavit, ad vitam, summo honore affecit
 secundum *Beerii Biographiam Regum Suecie p. 215.* Porro Al-
 bertus, è Duce Meklenburgico, factus Rex Sueciæ, infelix,
 Dominas Meklenburgicas, quæ eum venditione suorum præ-
 tioforum ornamentorum è custodia, in qua Margareta Da-
 niæ &c. Regina eum hæctenus, tanquam bello captum, tene-
 bat, liberaverant, pro parte sua, in gratitudinis perpetuæ
 monumentum declaravit capace s Feudi. Præterea quia
 Rudolphus, Princeps Anhaltinus Lineæ Servestensis A. C.
 1488. Brüggæ, in Flandria, locò Maximiliani I. (qui etiam
 postea lacrymandò mortem ejus in Italia versati, doluit) Ar-
 restum sponte subierat, usq; ad causæ compositionem, Fride-
 ricus ipse III. Imperator, fidelitatis hujus insignis compensan-
 dæ causa, Principes Anhaltinos omnes à Collecta Imperiali,
 ad Bellum contra Brugenses destinata, exemit, juxta Loh-
 meieri Tabul. Genealog. Tab. 50. & 77. Imò Imperator Ro-
 manus Maximilianus II. in signum duraturum gratitudinis,
 erga Cratonem Medicum, tam de Ipso, quàm de Aliis Domus
 Cæsareæ, Serenissimis Personis optimè meritum plane fecit cu-
 di Monetam auream A. C. 1547. de qua vid. *Jo. Frid. Hakelium.*
 In Monumento Summæ Gratiæ, seu Gratiitudinis singularis,
 Maximil. II. Imp. Quibus etiam meritò addimus è *Theatri*
Europæi Tomo X. quod certus quondam Turcarum Imperator
 pastoridam, qui ipsum traxerat è periculo mortis in A-
 qua, ad dies vitæ, alimenta dederit omnia. Nec minus no-
 tari meretur hoc Exemplum, quòd Rex Persarum Cha Abas,
 ad declarandam suam regiam gratitudinem perpetuam, er-
 ga regii Palatii grandem Custodem, den Groß-Pfortner/ qui
 Conspirationem in caput Ipsius tentatam, in tempore indi-
 caverat, præter data munera, mandavit maxime serio, Officium
 hoc

hoc grandis Custodis Sedis regiae æternum debere manere hereditarium familiae istius officialis fidei ac benemeriti, daß das Amt des Groß-Pfortners ewig auf seinem Geschlechte bleiben solle & in ipso regio Archivo debere, in memoriam perpetuam, rem gestam annotari, cum addita clausula, ne ullus Successorum, in regno, unquam audeat transferre istud officium, modò dictum, in aliam familiam, &c. juxta relationem Tavernerii in Itinerario Persico. Et omnino justissimam sapiens ille Rex Abas decreti sui gratiosi habuit Causam, siq; idem Posteris fidei alicujus Officialis & Subditi, utpote stimulati gloriâ obsequii & tenacis fidei, parva à Stipite sui generis bene de Magnatibus merito, habent pro se Præsumptionem istam satis fortem, fore ut, à gratis Magnatibus, vel eidem officio sui antecessoris, vel aliis convenientibus officiis præfecti, instar funis stupei, (accensionis pulveris nitrati in explosione tormentorum &c. inservientis, postq; incensionem semel factam, ardentis utque ad extremum) infidelitate vera & non unquam interrumpenda, pergant, ac maneant, usque ad extinctionem totius suæ Familiae. Cujus etiam intuitu perillustres Comites de Starenberg Viennæ & illustres Barones de Sünffkirchen in fortalio, adhuc virgine, Comorra, absque dubio, perpetuò honore & officio Castellani, à Quodam è recentioribus Imperatoribus, gloriosissime grato, ornati sunt. Neque tamen non etiam gratus nominandus est ille Imperator Turcarum, Amurathes, qui, oppugnaturus urbem Persarum regi subjectam, Bagdad, Rusticum quendam pagi Chauquen, in via versus Erzerom ducente siti, qui avenam, in diem unum, toti ejus formidabili Exercitui ministraverat, ab omni Tributi genere, cum suis Liberis, declaravit exemptum, quod refert idem Tavernerius Itinerarii sui Persic. Lib. 1. Venimus nunc, uti æquum est, ad egregium quoque Gratitude Magnatum realis exemplum, quod adhuc nostris temporibus gloriosè præbent Reges, quibus pa-

ret regnum Tunquin, in Orientali India, cum quotannis, Liberis Subditorum, de Regni & hinc publica salute benemeritorum varia munera largiuntur, sicut & singulos, Proditores quosdam manifestantes, dignitate Equestri ornare solenne habent, de quo vid. pariter *Autor jam citatus in Itinerario Indico.* Ut præteream Gloriosissimos quosdam Magnates, in ipsa Morte etiam fidelium Officialium, se præstitisse gratos, dum jusserunt Eorum Corpora mortua suis, æterni honoris causâ, inferri Conditoriis. Sic quondam Carolus II. M. Britanniarum Rex Monkium, Generalem de Ipso, per restitutionem in Thronum, optimè meritum, non solum, in grati animi monumentum duraturum, creavit Ducem de *Albemarle* sed etiam Regio Conditorio suo corpus illius demortuum solenniter inferri curavit, cum addito stante, more Anglico, ejus simulacro cereo, super loco sepulchri, induto integra cataphractâ, quod, Londini, in Conditorio Regio ipse vidi. Cui simile quid refert Zeilerus in Itinerario suo Germanico, agens de Ungaria, his verbis: *In Nieder-Bosnia / bey dem Städtlein Czelembasar, siehet man fünff Gräber / auf einem Hügel / von viereckicht gehauenen Steinen / da liegt Fürst Paulowitz von Radasel / seine Gemahlin / Sohn / Bruder / und sein treuer Knecht / begraben / nebst einer Grabschrift / in Wendischer Sprache.* Denique Illustris Respublica Genuensis versus Andream Dorian, jam, ob merita sua marina, Principem in Melfi factum, quoniam Patriæ, heroicis suis actionibus, plenam Libertatem acquisiverat, ac Regiminis Formam adhuc durantem, absque ulla sibi reservata prærogativa, instituerat, ita grata fuit A. C. 1528., ut præter Statuam cum nomine Vindicis & Autoris publicæ Libertatis, ei erectam, non solum Ipsum atq; ejus Agnâtos, Philippinum, Thomam & Francum, sed etiam omnes atq; singulos eorum Posteris, mediante Decreto, æternum declaraverit liberos à vectigal. &c. juxta *Lohm. Tab. G. 116.* Plura tamen Exempla, ab omni seculorum memoria de prompta,

pta, Gratiitudinis realis Magnatum, impræsentiarum, in me-
 dium proferre temporis defectus nos vetat. Longe plures
 enim fuerunt, qui, præsertim, quoties non impeditum est, per
 Ipsorum officiales aulicos, quo minus Supplicationes, aut ab
 ipsis Personis Benemeritis inæqualibus, aut ab harum Poste-
 ris oblatae ad Eos pervenirent, Sese realiter & gloriosè gratos
 erga supplicantes tales ostenderunt. Interea verò sane o-
 mitti à me non debet hoc meritò præprimis celebrandum,
 Gratiitudinis realis in Serenissima Familia, tam Electorali,
 quàm Principali Saxonica Exemplum, quod gloriosissimè e-
 ditum est, à gloriosissimæ memoriæ Electore, *Friderico II.*
 cognomentò *Placido*, versus Carbonarium illum, qui *Alber-*
ti Animosi, Celsissimi filii Ejus, cum Serenissimo Fratre
 Principe Electorali, *Ernesto*, ex arce Misnensium Altenbur-
 gensi, die 7. Julii A. C. 1455. à Conrado de Kauffung Equite,
 audacissimo plagio, noctu surrepti Liberationem, in mon-
 te nemoroso, inter Cœnobium Grünhain (ubi hodiè est Præ-
 fectura & oppidum, hujus nominis,) & pagum Rascha / è
 transverso à vico Elterla (Elterlein) & è regione montis, in
 quo existit Metallii fodina, vocata S. Catharinen Berg-
 werck / sito, qui adhuc nostris temporibus usui Carbonario-
 rum, quorum plures in monte, vocato: zur Gottes Gabe sua
 etiamnum habent qualiacunque habitacula, existit, & ex-
 inde adhuc hodie, juxta *Melzeri Chronicon Schneebergense*, dici
 solet: der Fürstenberg / satis verisimiliter, (siquidem & alii
 Loci actionibus notabilibus Principum quorundam insi-
 gnes, simili ornati leguntur nominatione, e. g. Fürsten-Geld-
 cœnobium in Svevia, teste *Crusio Annal. Sæv. l. 3. p. 86.*) Fons
 amœnus, petrificans, non procul à Jena situs, à frequenti ibi
 commoratione Jo. Friderici, Elect. Saxon. Magnanimi, voca-
 tus: der Fürsten-Brunn / item Fürstenwalde / tam civitas in
 Marchia-Brandeb. ad Sprevam, quàm in Comitatu Henne-
 bergico pagus. [sicut & multis aliis locis, à rebus qualibus-

C

cunque

cunque notabilibus per Imperatores Rom. & Reges ibi gestis
 nomina fuisse imposita Geographia docet] atque ab urbe
 Schwarzenberg tantum unius horæ iter abest, non procul à
 vicis, dictis: Unter- und Ober-Wiesenthal/ die 8. Julii, & simul,
 mox secutam quoque Serenissimi Principis Electoralis *Erne-
 st*/ restitutionem seu reductionem, post Deum. duraturo fi-
 dei & obsequii documentò, promovit cujus Carbonarii fami-
 liæ (quæ, non præter Solitum, in suorum insignium, olim à
 Comite Palatino Cæsareo Pragæ legitimè impetratorum Apice
 (præter Leonem certabundum in Scuto) Carbonarium, suo
 uncò conto affixò, quale instrumentū dici solet: Ein Schüer-
 baum/ oder Schüer stange/ item Schüerhacken/ ad ictum para-
 rum, in suæ originis gerit memoriam,) & ego, Præses Diss. or-
 tum meum, post Deum, debeo. Florebat sane, tum temporis,
 tota Spes Celsissimæ Hujus Domus Saxonica in His duobus
 Serenissimis Principibus juventutis, lisque Salus innitebatur
 publica, quam facilè Kauffungus, præfractæ mentis furore
 cæcus, & desperato impetu acturus, si, infidens equo suo ra-
 pido, in quem præter alios simul usui suo paratos eqvos ve-
 loces confusus est, à persequentibus, in fuga sua, fuisset re-
 pertus, cum suis reliquis Armatis, (quibus quid in mandatis,
 dederit Raptor, in omnem eventum, manifestum reddit faci-
 nus scelestum equitis alterius, comitis, qui in Sereniss. Alber-
 tum, aperientem carbonario suam conditionem, strictò irru-
 it gladio, cujus ictum Princeps etiam declinatione corporis,
 vix evitare potuit. Quid ergo non potuisset fieri, si Plagiarii
 hujus Adhærentibus certamen institisset cum Persequentibus
 aut deprehensis restitisset Salvatio unica per celerrimam & ob-
 suppressam, amotam, aut sublatam quocunq; modo suam Ra-
 pinam nullibi detectu, adeoq; nec impeditu, possibilem fugã?)
 vel pugione sua, jamdum hostiliter Principibus, in suo cubi-
 culo, Altenburgi, monstrata, vel aliis variis mediis, ac modis,
 potuisset tollere è medio, pro parte sua, cum ipse quoque
 postea

postea, ante sui supplicii momentum, fassus sit, se vitam Principum in manu tenuisse & interemtis His, faciliorem evadendi occasionem habiturum fuisse. Quale facinus & ex altera parte, Mosenus atque Schönfelsius, ab approperantibus persecutoribus in desperationem adaecti, facile potuissent perpetrare: Si nempe, ceu de supplicio suo, in casum deprehensionis, certi (quod sat patefecerunt, dum ante reductionem Sereniss. Ernesti spontaneam, prius de conservatione vitæ suæ, & cum Sereniss. Principe, & Præfecto Hartensteinii, Schönburgio, pacti sunt satis) immani desperabundæ & hinc furiatæ mentis insania abrepti & præcipitati, nolissent mori inulti. Ut taceam, in quanta pericula vitæ Serenissimi Principes juventutis potuissent incidere, si cum Ambobus (scilicet, post ambages, de industria factas, cum Sereniss. Ernesto, versus Franconiam) perventum fuisset in ipsam Bohemiam (de qua Raptorum intentione satis testantur verba ista, in Epistola Sereniss. Electoris Patris ad quosdam Principes Imperii, de hoc Facto, inventa in Archivis Dresdenibus, & allegata ab A. Weckio in sua Descript. Dresdeni, Part. II. Tit. I. Lit. P. p. 167. sequentia: Und fiengen seiner Gefellen in der Flucht Sechs/ die mit unserm lieben Sohne/ Herzog Ernste/ einen andern Weg gein dem Lande zu Böhmen usgestohen waren.) Asylum tunc temporis perduellium Misnicorum, partim ab improba Societate Dominorum quorundam Bohemiæ, cum perduelli Apollonio Vizthumio, reliquisque Exulibus, ejus aut Agnatis, aut Adhærentibus inita (siquidem hic Vizthumius, ut clandestinus adversarius tam Sereniss. Friderici Electoris, quàm imprimis Seren. Ducis Wilhelmi fratris, quem jam, anno proximè elapsò, in Sylva Bohemica, per Sicarios, malignos suos Socios, vita privare ausus fuerat, sicut & filius ipsius, jam adultus, ultionem adhuc contra Eundem Seren. Ducem, cujus tamen jam magnam & immeritam Gratiam antea senserat, nefariè tentasse deprehensus est) quæ sese, cum

Kauffungo latenter potuisset conjungere, (præsertim quia Kauffungus, jam ante hoc horrendum facinus susceptum, cum Vizthumiis, patriâ exulibus, in Bohemia commorantibus, communicaverat abominabilia sua Consilia, juxta verba §. 7. *Dissertat. Celeberr. L. Reckenbergii Prof. P. Histor. Lips. de Raptu horum Seren. Principum*) &, in casum nullius sperandi Lytri, ac simul metuendæ captivitatis, non evitabilis, nisi maturâ, & ab iis omnibus, quæ facinorosos potuissent, tam in regno Bohemiæ, quàm extra illud, prodere, liberâ Fugâ, varios occultæ sublationis è medio vivorum modos nefariè excogitare; partim à vulgò Bohemorum ipso, qui, ut bellaces, tunc temporis minùs quieti, armisque hæctenus plerumque vicinis superiores, spoliiorumque cupidissimi [quorum ex Misnia, ante paucos annos, horribiliter devastata, ingenti incopia, avectorum dulcis adhuc ipsis erat recordatio.] Misnensibus, tam ob casum Jo. Hussi ab Episcopo Misnensi antea, Constantiæ, simul ad mortem condemnati, juxta *Birckneri S. H. S. Spangenbergii Chron. Mansfeld. & Chron. Car. p. 634.* quàm ob hinc ortorum Superiorum bellorum & damnorum Brixensium memoriam, adhuc non parum erant infensi, uti refert §. 10. *ejusdem Disput. jam citata*; partim denique non levia forsan quoque discrimina expectare habuisset Celsissimum istud fratrum Principum Par, ab improbis Officialibus aulicis nonnullis, aliisque Bohemiæ Proceribus inimicis, (qui animos suos, ob causas jam relatas, ultionis cupidos adeo nondum exsatiaverant eâ, ut etiam Serenissimum Albertum, post annos abhinc plures, nempe allectum post mortem Generi Ipsius Regis Podiebradii, sub facta spe Electionis in Regem Bohemiæ, dolose, è medio tollere certò voluerint, ex relatione Bohemi, in vita S. Alberti, *Birckneri pag. 454. in S. H. S. Mollerii Annal. Freibergens. 1471. & Weck. Descr. Dresd. p. 125.*) varia spe conversionis rerum in Misnia &c. futuræ allectis, & hinc moras forsan, in negotio persecutionis Plagiarii &c. ne-

Eten-

Etentibus, aut qualescunque Inquisitionis difficultates simulantibus, mediantibus variis clandestinis machinationibus, antequam singula Plagiarii, custodientis tanta Celsiss. Domus Saxonica Pignora, Latibula, etiam extra Isenburgum, à malitiosis Sociis hic & illic, pro solenni astutia, clam procurata, fuissent explorata & inventa, si vel maxime, nec Rex Bohemica Ladislaus, occasione hac oblatâ, ad urgendam obtentionem hætenus factæ Prætensionis in 64. Civitates & Arces Misnia, fortasse juxta quorundã Procerum Consilium, uti, nec Imperator Romanus ipse tali Plagiario, ullo modo, indulgere, sed eum, cum suis Adhærentibus, omni debito modo, persequi voluissent. In summa vix excogitari possunt omnes atque singulæ Circumstantiæ, ac Modi, quibus tanti Principes potuissent tunc periclitari, ut quoque non verbosam hujus mentionem faciam, quòd, in tanta consternatione & præcipitato, ac cum jejunio, & tandem etiam fame, aliisque corporis defatigationibus (præprimis ex parte Sereniss. Ernesti, qui, ad tertium usque diem, in antro Sylvestri, prope arcem Steinam, fragis & radicibus ac aqua palustri, victu sane Principibus planè non usitato aut apto, mutatione subitanea & consequenter periculosa, se sustentare necesse habuit, uti refert Bohemus, in vita *Alberti Animosi*) conjuncto itinere, perfacile intervenire potuisset casus, ut Ipsi Serenissimi Principes juventutis, tenerioris adhuc ætatis, & constitutionis magis delicatæ, quocunque modo, jacturam vitæ fecissent, cum Familiæ suæ Principalis irreparabili damno, Reipublicæ conversione, & Saxonica calamitate summa, nisi Deus, conditionis Misnensium, ista tempestate misertus, in tempore (siquidem cum Sereniss. Alberto Kauffungus jam in propinquo fuit finium Bohemica.) Liberationem Horum Magnatum fecisset promoveri, ad quam, primùm, tamen tenuis sanguinis & fortunæ hominem, simplicem istum Carbo-narium, adhiberi Ei placuit, [sicut olim Marchionis Misn.

Dieterici Exulis, necem à Sicario Camburgi tentatam per ancillam quandam simplicem præcavit, juxta *Birckneri S. S. p. 242.* & *Heidenreich Chron. Lips. ann. 1205.* & postea Ser. Fridericum Admorsum, cognomen Formosum ab ictu Sicarii, Altenburgi, inter cibandum, per civem fidum Freybergensem, inter filientem, liberavit secundum *Spangenberg Chron. Mansfeld. p. 325.* & *Molleri Annal. Freiberg. ann. 1305.* conf. *J. G. Wilckens Sächsischer Nepos p. 270. & 324.* nec non olim Waldemarrum I. Electorem Brandenburgensem servavit, in prælio, cum Rudolpho, Elect. Sax. per fideles incolas oppidi Brandeb. *Brisgen/* qui Eum è manibus hostium eripuerunt, unde postea, in sempiternam præstitæ fidelitatis memoriã, appellati sunt: *Die treuen Brisgen/* ex relat. *Lohmeiers Geneal. Tabul. 32.]* Et hanc quidem Historiam, minimè fabulosam, præter autoritatem *G. Fabricii in Annal. urb. Misn. & origin. Saxon. Albini in Chronic. Misnic. Molleri Chronic. Freibergensi. Tob. Schmidii in Chronic. Cygneensi. Tob. Heidenreichii in Chron. Lips. & Inscriptionis Curie Altenburgensis (allegata à B. M. P. Ad. Sagittario Affin. meo in Programm. Rectoral. suo de Plagio,)* *Pomarii in Chronic. Saxon. super. & infer. de A.C. 1488. Moguntie primum edit. Jo. Haffii in Collect. Mssis de Altenburgo. Q. Langii Chron. Citic. Brotkuffii Chron. Martisburg. Anea Sylvii in H. Bohem. M. Bojemi Pirnensis in Vit. Albert. Animos. Spangenberg Chron. Mansfeld. Binharti Chron. Thuring. Cnusi in Annal. Suv. Chron. Mss. Norimbergæ à Zeile-ro visi & allegati in Itinerar. suo German. Münsteri in Cosmogroph. Naucleri Chron. Histor. A. Cranzii in H. Sax. Mucii, L. Pecckensteinii in Theatr. Saxon. Chron. Jo. Lud. Godofredi Dresseri *Mitlenar. Boceri Eberi, Eberhardi Regiomontani, Peuceri, Buchholzeri Camerarii, Albixii in Stemm. Princip. Christian. & assensum novissimum multi æstimandum Celeberrimi Historici Schurzleischii in Commentar. ad Bojenum de Vit. Alb. A. & plurium aliorum Scriptorum præprimis ab omni falso alienam reddunt (c.)* supra jam laudata Copia Epistolæ ipsius Serenissimi Patris Electoris*

Etoris



storis Friderici, Placidi, missæ diversis Imperii Principibus,
 ad removendam ortam multis in locis Suspicionem de Pro-
 cessu erga Kauffungum instituto iniquis, cum Aepocha ejusdem
 aliisque fide maxime dignis Documentis, totum Factum egre-
 gie verificantibus: quæ omnia asservata ad nostra usque tem-
 pora, allegavit supra laudatus A. Weckius in Descript.
 Dresdensi. [2.] Quod præter Supplicationes in toto Terri-
 torio Electorali solenniter ad gratias divino clementissimo
 Numini, pro tantorum Fulcrorum Celsissimæ Domus Saxo-
 nicæ conservatione exoptatissima, agendum, celebratas à
 Serenissimis Parentibus, è singulari devotione, Ebersdorffii,
 locò in Misnia jamdum devotis peregrinationibus celebri, in
 honorem B. Mariæ Virginis instituta fuit ædes Collegiata, ad
 dignitatem Semicathedralis templi, *Eines halben Thums* / e-
 vecta, ubi quæque, in perpetuam rei gestæ memoriam vestes
 Principum Juventutis, in quibus fuerat à Raptoribus abdu-
 cti, una cum Carbonarii tunica, quæ indutus fuerat, tempo-
 re Liberationis, quarum formas etiam, cum adscriptis versu-
 bus Egrani, ibi paucis ab hinc annis, adhuc vidi. (3.) Quod
 eodem anno, quò accidit hoc Plagium, Celsissimus Pater
 Elector, in perpetuam Rei gestæ memoriam, fecit Monetam
 argenteam cudi, cujus unicum & per rarum Exemplar adhuc
 Augustæ Vindelicorum, possidet per antiqua & nobilis *Tho-*
mannorum familia, nec mihi ignota, apud quam etiam Co-
 gnatus meus, Dn. Jo. Conradus Weckius, Antonii Weckii,
 Consilarii Electoral. Saxonici & Secretarii ad negotia Impe-
 rialia quondam ordinati, meritisimi, Autoris antea laudatæ
 Descript. Dresdensis novissimi optimi, filius omnigena eru-
 ditione clarus (hactenus Dresdæ vivens) suis vidit oculis.
 (4.) Quod, æternùm gratæ memoriæ causâ, Serenissimus E-
 lector Parens gloriose ordinavit quotannis quatuor Modios
 Siliginis Gratæ (qui, licet semper utiles, & omni decenti cum
 æstimatione & gratiarum actione, accipiendi sint, præprimis
 tamen

tamen, tempore caritatis annonæ, perceptoribus, & his diu tales percipientibus satis sunt importantes) unicuique probanti se esse Seniore[m] omnium, ex hac nostra Linea istius familiæ Carbonarii supra dicti, è Præfectura Electorali Zwickaviensi debere præberi, quod & in hunc usque diem annuatim fit, unde etiam Proavus meus, B. Blasius Triller/ quondam Poliographus Senatorius Grimmitschaviensis, qui fructus est hac Gratia Electorali laudatissima ab A.C. 1582. usque ad A. 1629. accepit 192. Modios Siliginis hujus Gratia, ut & avus meus, Abrahamus Triller/ quondam Consul ibidem, ab A. 1629. usque ad A. 1663. 140. Modios tales, mensuræ Zwickaviensis, percepit (s.) denique quod. præter Annales Freybergenses, quos Curia ibi asservat & Altenburgicos ut & Zwickavienses fide merito dignos, ipse Dietericus quidam Kauffungus, ultimus istius Lineæ, è qua Conradus ipse Kauffungus, Plagiarius, descendit, totam hujus Plagii historiam, Paulo Grævio, Viro de re literaria, Cygneæ, ubi tunc vivebat, optimè merito, tanquam verissimam referre non dubitavit, uti ipse Grævius, celebris Vir, testat[ur] est in suis Scriptis de hac Historia. Quibus omnibus etiã annumerari posset Relatio ista de Campana famosæ magnitudinis ac resonantiæ in oppido, vocato: Seyer/ quod ultra milliare unum ab Anneberga & oppido Grünhain non abest, quæ eodem anno, quo Plagium accidit, de novo solenniter fusa, & verbis quibusdam, Raptum supra celebratorum Serenissimorum Principum, cum, brevi, facta Amborum Restitutione, indicantibus, ornata fuisse dicitur, si amicus quidam meus sincerus, Dn. Ischnerus, patriâ Annebergensis, mihi de Hoc Notabili, oculari fide, hætenus testari, & non modo id, tanquam solum sibi Relatum, referre potuisset. Nimirum, ut tandem eò redeam, unde divertere necesse habui. supra celebratus Celsissimus Elector, Fridericus Placidus, bono Eventu casus periculosi, in quo Soboles Ipsius Serenissima versata fuerat, maximè lætus, gratiosissimè

fimè iussit Carbonarium petere quicquid vellet, absque metu
 denegationis, hic autem, sincerè simplex, duntaxat petiit dari
 sibi tantum Lignorum, carbonibus parandis utilium, quan-
 tum ad secum sua familia, alendum opus foret. Quale, præ-
 ter omnem spem atque expectationem, exiguum Petitionem Ele-
 ctor Indulgentissimus, & ad longe majorem largitionem m-
 paratus, non modò statim ratum habuit, sed etiam, in sem-
 piternam Gratia memoriam illi, & unicuique Seniori, ex ipsi-
 us familia, impostero, quotannis, è Præfectura Cygneensi,
 quatuor Modios Siliginis Gratia, (des Gnaden-Korns) ero-
 gandos addidit, simul quoque & Villam hæreditariam, in pa-
 go Eckersbach / qui tamdiu non procul à Zwickavia si-
 tus floruit, quamdiu temporum injuriæ ei pepercerunt, ab
 omni generis contributionibus declaravit Liberam, juxta
 MStum quoddam Proavi mei paterni & Avi, quòd, cum
 aliis adhuc antiquioribus, in Familia mea, hætenus asserva-
 tur, tamen & G. Fabricius in Orig. Saxon. L. VII. p. 272. & P.
 Albinus Chronic. Misn. Tit. XXI. p. 274. ut Scriptores non ex-
 tranei, adeoque præ aliis fide digni, quorum sub oculos &
 manus venit Originale Annalium Misnensium, scribant una-
 nimiter, Serenissimum Electorem Fridericum, præter Ligna
 & Siliginem Gratia, insuper etiam Carbonario donasse Vil-
 lam, quam coleret, cum immunitate ab omnibus Oneribus
 publicis. Mirum verò non adeo est quòd Carbonarius hic
 tam exiguum quid, locò Gratia alicujus, petierit. Etenim
 talis est Mos hominum, in sincera sua pietate, simplicium, &
 agrestium, duris laboribus assvetorum, qui pro ratione sui
 Status, seu conditionis, etiam Parva solent magni æstimare,
 contenti pauco honesto, unde quoque talium relatu jucun-
 dorum Petitorum, à Personis simplicibus Benemeritis prola-
 torum, in Historiis, non observatur defectus. Ita nauta
 ille Florentinus, qui Jo. Medicum, qui tandem Papa, sub no-
 mine Leonis X. creatus fuit, in flumen Arnum prolapsus,

D

sub-

submersione liberaverat, petere iussus à novo Pontifice, quicquid vellet, absq; metu ullius repulsæ, circumspexit primum, admirabundis conclavia, ad stuporem pulchra ac splendida, nec non Cardinalium reverendam Pompam, & verecundia captus diu tenuit silentium, donec tandem nihil petiit, præter novam quandam Naviculam, quâ mediante victum suum, porro honestè valeret quærere, quod si tamen Pontifici placeret huic naviculæ addere tantum Siliginis, quantum caperet, tunc se, abunde sibi donatum, putaturum esse dicebat. Sic Veneta mulier paupercula, quæ olim Teupolum, civem seditiosum, jacto de fenestra Lapide, humi prostraverat, iussa petere aliquam Gratiam à perillustri Senatu Venetorum, ad imitationem Senatus Romani, (qui olim tam erga Veturiæ ac Volumniæ Sexum, quam Vestiam Opidiam Campanam matrem familias ob Benemerita suam gratitudinem ostendit, juxta Val. Max. D. F. M. L. 5. c. 2.) grato futurò, nihil petiit, nisi Casulæ conductæ possessionem, & Vexillum quoddam divi Marci, hac addita conditione, ut sibi permitteretur istud è domus suæ fenestra efferre, singulis diebus sacris aut festis, in perpetuam rei gestæ memoriam, de quibus vid. G. Fabricius in *Annal. Misnens. Lib. 7. pag. 772.* Item maximè fidus ille, Jo. Lang. incola in pago Pomeraniæ, Langste/a Bogislao X. Pomeraniæ Duce, cui Principi adhuc juventutis vitam servaverat, subducendò eum infidiis matris Ipsius, Sophiæ, veneno tentantis Ejus interitum, Eumque clam ad Agnatum Wartislauum X. Bartam deducendò, petere Gratiam iussus, non denegandam, itidem, præter omnem Ducis spem, nil aliud petiit nisi exemptionem à servitiis ibi usitatis, ad vitam, noluit tamen hac immunitate, post suum obitum gaudere debere suos Liberos, sed contra omnino voluit, ut illi tunc subirent iterum pristinum servitutis jugum, juxta *Zinkgräff. Apophregmata Nationis Germanica pars. 1. p. 277. qui ibidem pars. 3. p. 313. etiam mentionem jucundam facit Rustici cujusdam*

diam Simplicis, qui ab Electore Saxoniae gloriosissimo, *Fridericus III.* Sapiente, ob aliquod Promeritum, aliquam Gratiam jussus petere, nihil aliud petiit, quam pellem Cervinam, ex qua sibi parare posset novas Caligas, ubi quidem non solum hanc, sed etiam longe majus donum à Serenissimo Electore, admirante, cum hilaritate singulari, talem risu dignam simplicitatem, accepit. Quo etiam merito referri potest pauper ille Judaeus, onerum Gestator, qui Mahometen IV. Turcarum Imperatorem in Venatione, cui nimis indulserat, seductum, noctu ei fortè occurrens, reduxit in viam, & postea, Gratitude aliquod Signum petere jussus, nihil aliud petiit, quam libertatem, sive licentiam talem Saccum paleae plenum, inter dorsum suum & portanda onera interponendi, quales aliàs solis Gestatoribus, religionem Turcicam profitentibus, licet usurpare, juxta relationem *J. J. Spanii in suo Itinerario Dalmat.* De reliquo non solum gloriose gratus fuit jam celebratus Serenissimus Elector *Fridericus III.* erga D. Polichium Mellerstadiensem (cui seculo isto Prudentiores non malè interpretabantur, quòd, Studiis non confuse sed ordinatim tractatis, titulum Doctorem, in duabus Facultatibus acquisiverat, [de quo vid. *Illustr. Seckendorffi Commentar. de Lutheranism.*] similiter ac post ipsum, non factum *Andreas Dudithio, Budano*, quem in omni Scibili eruditissimum tres Imperatores Romani *Ferdinandus I. Maximilianus II. & Rudolphus*, ut Consiliarium & Legatum, habere non dubitarunt) quoniam, Comes itineris Ipsi, in Palestinam, quondam praecaverat, ut Medicus, salutari consilio, Ejus certum vitae periculum, in Candia insula, gloriose fuit gratus, dum eundem noviter fundatae Academiae Wittebergensis primum Rectorem constituit, de quo vid. *Birk. in G. H. Saal*; sed etiam postea, atque haecenus, Serenissimi Saxonum Electores & Duces utriusque Lineae Celsissimae, quam Deus aeternum vivere Rutae instar, & florere omnigena felicitate jubeat, non siverunt Gratiam Benemeriti illius supra dicti fidi Carbonarii consensere aut obdormiscere, sed gloriosissime Gratificaverunt erga ejus Posterum (in cujus memoriam etiam Mandata Ipsorum gratiosissima, ad Praefecto

QX 9. 1476

fectos suos tam *Ærariorum*, quàm *Granarii Cygneensis*, in copia, nobis supersunt,] siquidem quoties ad Serenissimos Ipsorum pervenerunt oculos atque notitiam humillima *Desideria* & decentia *Petita* alicujus ex hac nostra *Carbonarii fidi familia*, Illi gratiosissime & gloriosissime memores, quod sicut Ipsi Singuli fructum promotæ *Liberationis*, Serenissimorum suorum *Stipitum*. Utriusque *Celsissimæ Lineæ*, sentiunt *Perpetuum*; ita etiam *Æquitati naturali*, quâ nec *Magnates Ulli SeSe cupiunt*, *Exemptos*, conforme fit, ut Se *Gratos* perpetuo ostendant, erga singulos istius *fidi Carbonarii Posteris*, (*In Glorwürdigster Erinnerung / und Gnädigster / Christlößlichster Ansehung / daß / gleichwie der Nutzen / von obiger Beförderung der Befreyung Dero Hochgedachter Beyder Durchlauchtigster Uranherren / sich auff Alle und Jede Durchlauchtigste Nachkommen erstrecket ; Also auch Dero Chur- und Hochfürstliche Gnade / und würckliche Dankbarkeit / gegen jedwede des getreuen Köhlers seine Nachkömlinge / dem Rechte der Natur gemäß / und also / billich / immerwährend sey.*) *Stipendia*, *Principali Dignitati convenientia*, *larga seu magnifica dederunt*; sed etiam *insuper*, ubi de alicujus *Subjecti*, ex nostra *Carbonarii familia*, aptitudine audiverunt vera, eidem de *convenienti prospexerunt Officio*. Quæ omnia *Illustria Gratitude realis Magnatum Exempla* (quo merito etiam pertinet, quod olim *Ludovicus, Bavarus, Dux, Fratibus de Prato concessit, in insignib9 suis, gerere Leonem coronatum ad denotandam eorum præstitam fidelitatem*) decenter aspiciendô atque admirandô, confirmamur in ea omninô sententia, jam ab antiquissimis temporibus usque ad nostra, *Magnatibus Gratitudem realem erga Personas inæquales Bene meritas cujuscunque generis & conditionis, earumque Posteris, fuisse & Usitatam, Jucundam & Utilem atque maxime Gloriosam, & hinc esse mansuram in animis hominum, in æternitate temporum, fama Rerum.*

S. D. G.

* Pag. 4. §. de *Caus. Effic. Remot. pro voce: Dator leg. Autor. It. p. 9. post voc. fida reperta. add. (ut & alias Personas inæquales) & ibid. leg. prompta atque parata. It. p. 20. pro voc. Generi leg. Socer. Ibid. p. 20. lin. 11. post. voc. Bohemorum add. eorum. p. 1. in. Defin. p. v. realis add. talis.*

MC



opia,
per-
entia
iofis
atum
rius-
itati
nfor-
us fi-
und
uhen/
eyder
auch
Jocho
de des
maß/
igni-
infu-
aptis
ntOf-
Ex
varus,
onem
ecen-
nino
oftra,
Bene
teros,
lorio
ni-
Autor.
uales)
eg. So-
Defin.

ULB Halle 3
004 575 512


V077



QK. 16, 18.

DISSERTA
MAC
GRA

PERSO
B
HARU

un
ungleiche

Ampli
IN
Placit

JO. MAURIC
In Gymnaf. E

JO. ABEL
Ad dsem 9.

Erf

Vc
1476

M
E

S,

W

Phil. M.
ofest.
eol. Cult.

